

bus 49. ff. de O. & A. l. si pro alieno 1. cum l. seq. Cod. de Constit. pecun. t. i. Cod. de Hereditar. actionib.

309 Nec refert I. utrum in Pacto vel Contractu mentio sit hæredum facta nec ne: nihilominus enim ad eos obligatio & actio transitivè activè non minùs quàm passivè l. si pactum 9. ff. de Probat. l. Ripulatio 38. in pr. l. cum qui 56. §. 1. ff. de V. O. l. veteris Juris 13. Cod. de Contrab. & committ. stipulat.

310 Nec refert II. utrum ex Pacto vel Contractu defuncti commodum quoddam & emolumentum senserint hæredes, an nullum: cum etiam, si nihil ad ipsos pervenerit, in solidum teneantur, & quilibet pro rata seu portione hereditaria, si res divisionem patiatur, conveniri possit l. hoc jure 152. §. ult. ff. de R. F. l. manifesti 1. & l. seq. Cod. Si unus ex plurib. credit.

311 Nec refert III. utrum actio moveatur ex dolo vel culpa defuncti: nam, licet ex delicto defuncti non conveniatur hæres, nisi in quantum ad ipsum pervenit, quando movetur actio ex delicto, velut deductum in Lib. II. tract. 3. de Proc. Judic. cap. 1. à num. 65. convenitur tamen in solidum per actionem ex Contractu d. l. hoc jure 152. §. ult. d. l. adea 157. §. ult. l. si hominem 7. §. 1. ff. Depos. l. ex contrahibus 49. ff. de O. & A.

312 Nec refert IV. an Pactum vel Contractus purè sit initus, vel sub conditione: siquidem jus conditionatum, seu spes, debitum iri, transmittitur ad hæredes, esto conditio post mortem debitoris aut creditoris primùm adimpleatur §. sub conditione 4. Instit. de V. O. l. si quis 57. ff. eod.

313 Quia in re discrimen est inter Pactum & Contractum, atque legatum. Nam legatum conditionale non transit ad hæredes, si legatarius ante conditionis eventum moriatur l. si cum hæres 4. in pr. l. si post §. 5. 2.

314 hujusmodi 13. ff. Quando dies legator. quia legans non tam ad hæredes legatarii, quàm ipsius personam individualem respexisse videtur; post cuius mortem, si conditio demum existat, nihil transfertur ad hæredes: eò quòd tempore mortis defuncti ex sua persona ne quidem spem habuerint: cum tamen hæredes pacificèntis vel contrahentis mox spem habeant, id, quòd Pacto vel Contractu conditionato promissum est, consequendi. Brusel de Condition. lib. 2. tit. 1. n. 7. & 51. Haunold r. 8. n. 290. Pettefchacher de Contract. in commun. q. 6. art. 3. §. 6. num. 1035. & seq. Gletle de Pact. cap. 6. n. 27.

315 Limitanda tamen est hæc doctrina, quando conditio est potestativa, & specialiter persone futuri creditoris alligata, velut si Titio promittas 100. si tabulam pinxerit: tunc enim, nisi Titius ipsemet tabulam pinxerit, promissio non transit ad hæredes: quia, dum eligitur industria personæ, non habetur respectus ad hæredem arg. Si item si 8. Instit. l. si quis 27. §. 3. l. mandatum 57. ff. Mand. Pettefchacher cit. loc. num. 1042. Gletle cit. cap. num. 29.

Præterea obligatio vel actio subinde ad personas alias, quàm hæredes transit. Id quòd clariùs probari nequit, quàm ab inductione. Nam I. quando filiusfamilias de peculio profectio, cujus administrationem obtinet, Contractum iniverit, datur actio de peculio contra patrem, ut tantum præstet, quantum est in peculio; concessa tamen eidem facultate detrahendi, quòd ipsi vel illis, qui in potestate illius patria, tutoria, vel curatoria sunt positi, à filio debetur. Textus in §. actiones 10. Instit. de Action. l. sed si 9. §. 2. & seq. ff. de Peculio. Eaque actio est perpetua, si filius in potestate patria maneat. Prætor ait §. 1. ff. Quando de pecul. actio annalis est; si autem soluta fuerit patria potestas, adhuc intra annum moveri potest d. l. & §. Quod; ipsum de Contractibus servorum, habentium aliquod peculium, de Jure Romano procedere, constat ex cit. §. actiones 10. licet hodie cum ejusmodi servos non habeamus, hæc actio (uti & sequentes) sit inutilis. Stryck in usu mod. pand. ad cit. tit. §. 2.

II. quando filiusfamilias, patre sciente & non contradicente, in merce peculiari v. g. linearia, sagaria &c. negotiatu est, datur actio tributoria contra patrem, ut, quòd super est de illa merce, pro rata distribuat, adempta facultate, ex integro detrahendi, quòd ei debetur. Quando itaque pater pro merce contulit 20. & alii duo creditores contulerunt 40. ac peculium seu merx peculiaris non sufficit exsolvendis debitis, pater cæteros creditores ad concursum admittere tenetur, eandem cum ipsis portionem, servatà proportionem, consequentur. Textus in §. introductio 3. Instit. Quod cum eo, qui in aliena &c. l. hujusmodi 1. in pr. & §. seq. l. ul. ff. de Tributoria act.

III. quando filiusfamilias pecuniam aut rem aliam, ex Contractu quodam acceptam, vertit in utilitatem patris, ac v. g. vicium solvit, familiam alit, aut necessaria vestimenta comparat, actio de in rem verso catenus in patrem datur, quatenus verso probari potest l. si bi 1. in pr. & §. 1. l. quod si 3. §. 1. 2. 3. 4. & seq. ff. de In rem verso. Imò si quis etiam per sonæ extraneæ ac homini libero sui juris, v. g. procuratori vel negotiorum gestor, aliquid dederit aut crediderit, ut in rem sui domini seu principalis verteret, actio de in rem verso conceditur in §. præterea 4. Instit. Quod cum eo, qui in aliena &c. l. penult. in pr. & l. ul. ff. de R. F. Stryck in usu mod. ibid. §. 3.

IV. quando filiusfamilias jussu patris (quòd vocabulò denotatur consensus paternus, sive præcedat Contractum, sive subsequatur, ac sive literis, sive verbis, aut aliò signò exprimat l. merito 1. §. 1. 3. 4. 6. ff. Quod jussu) contraxit, datur actio quòd jussu contra patrem in solidum §. si iutor 1. Instit. Quod cum eo, qui in aliena &c. d. l. merito 1. in pr. & passim ff. Quod jussu. Eadem actio datur contra jubentem, quando v. g. uxor, discipulus, aut subditus, jussu mariti, præceptoris, aut Superioris contraxit per textum

textum in l. ei qui 7. §. 1. Cod. Quod cum eo, qui in aliena pot. Stryck in usu mod. ad cit. tit. ff. Quod jussu §. 1.

324 V. quando aliquis, servatà præpositionis lege, contraxit cum magistro navis, ac merces v. g. trans mare vel flumen avenendas eidem commisit, habet actionem exercitoriam adversus exercitorem, qui nempe est dominus navis, aut eandem à domino per averfionem conduxit, ut præstet id, quòd ex Contractu magistri debitum est §. eadem ratione 2. Instit. Quod cum eo, qui in aliena potestate &c. & ibi Manz pag. m. § 13. l. æquum 1. & passim ff. de Instit. alt. Plura de his actionibus non addo, sed ad Civilitas, quos inter in recentissimo tract. ad tit. Inst. de Actionibus in part. 15. per tot. videri potest Clariss. D. Franz, quem mitto; solumque noto, memoratas actiones, cum non sint novæ, sed antiquis, superaddidit; quoad suas qualitates indolem actiohum Veterum imitari:

325 VI. quando aliquis cum instituto, qui ta-

berna quaestuarie præpositus est, vulgò Sabeni Diener / juxta præpositionis legem contraxit, atque ei v. g. ad prosequendam mercatoriam 1000. florenos dedit mutuos, potest agere contra præponentem actione institutoria; ut, quòd debetur ex Contractu, solvat d. §. eadem ratione 2. Instit. Quod cum eo &c. & ibi Manz pag. m. § 13. l. æquum 1. & passim ff. de Instit. alt. Plura de his actionibus non addo, sed ad Civilitas, quos inter in recentissimo tract. ad tit. Inst. de Actionibus in part. 15. per tot. videri potest Clariss. D. Franz, quem mitto; solumque noto, memoratas actiones, cum non sint novæ, sed antiquis, superaddidit; quoad suas qualitates indolem actiohum Veterum imitari:

§. V. De Pactorum & Contractuum interpretatione.

327 Ad effectum Pactorum & Contractuum non incongruè reducitur eorundem interpretatio. Ubi præprimis attendendum, ut quælibet conventio sic explicetur, quatenus magis valeat, quàm non valeat l. quoties 80. ff. de V. O. l. si inter 8. l. quoties 12. ff. de Reb. dub. Miller ad Struv. exercit. 6. tit. §. 2. circa fin.

328 Deinde intelliguntur Pacta & Contractus habere tacitam conditionem: rebus sic stantibus, ut capropter ob novum emergens etiam ab his, quæ mutuo placuerunt, recedere, & novum liceat auxilium quaerere per cap. quemadmodum 25. de Jurejur. l. de atate 11. §. 8. ff. de Interrogat. in Jure faciend. Miller cit. l.

329 Adhæc inspicienda est intentio contrahentium, de qua, si constat, res salva est l. in lege 77. ff. de Contrab. emp. l. nepos 25. ff. de V. S. l. semper 34. l. in ambiguis 96. l. rapienda 168. §. 1. ff. de R. F. Si non constat, id, quòd verisimilius est, aut rei gerende aptius, aut Juri, tum scripto tum consuetudinario, conformis, accipi debet d. l. semper 34. l. quoties 67. l. in obscuris 114. ff. de R. F. l. si venditor 38. §. 2. ff. de Act. empir. Vinn. de Pact. cap. 20. n. 2.

330 Præterea in cap. contra eum 57. de R. F. in 6. traditur, in dubio contra eum, qui legem & terminos conventionis dicere potuit apertius, interpretationem esse faciendam. Id quòd facile est, quando negotium est unilaterale, ubi, ex sententia Celsi in l. quidquid 99. in pr. ff. de V. O. quidquid adstringenda obligationis est, ferè secundum promissorem (seu debitorem) interpretatur: quia stipulatoris liberam fuit, verba late concipere. At quando negotium est bilaterale v. g. emptio-venditio, locatio-conductio &c. non ad eò expeditum est, contra

quem facienda sit interpretatio: nam pactionem obscuram vel ambigüam tollim venditori vel locatori nocere, utpote in quorum potestate fuerit, legem apertius conscribere, dicit Papinianus in l. veteribus 39. ff. de Pact. confirmate Paulò in l. in contrahenda 172. in pr. ff. de R. F. Contra pactionem accipiem in favore venditoris explicandam, idem Paulus reipsa docet in l. si in emptione 34. in pr. ff. de Contrab. emp. qui succinit Marcellus in l. comprehensum 60. ff. eod. Verùm, si res penitus inspicitur, idem in Contractu bilaterali, quòd in unilaterali, tenendum est. Nam interpretatio semper fit contra illum, qui legem conditionem, aut modum adiecit, & in suam intentionem fundat, sive sit promissor, sive stipulator, sive sit venditor, sive emptor: quoniam vel ipsa ratio naturalis dicitur, unumquemque contraheum libi imputare itaque imprudentiam in acceptis ferre debere, quòd non apertius fuerit locutus d. cap. contra eum 57. de R. F. in 6. & arg. l. quòd quis 203. ff. eod. Cum autem plerumquæ a venditore, locatore, vel stipulatore lex conditio, vel modus inseratur Contractui: hinc est, quòd in textibus, in num. 311. & seq. citatis, contra eos pactionem obscuram & ambigüam exponi Authores Juris Romani voluerint. Vinn. de Pact. cit. cap. 20. num. 4.

Si dicas: in l. in lege 29. ff. Locati. Pactum; dubium in favorem locatoris explicari, tamen Pactum conceperit. Resp. cum Vinn. d. l. num. 6. id propterea fieri: quia ex verosimili pacificentium mente id videbatur actum; & quia cæterò quum, si explicatio sufficet accepta in favorem conductoris, Pactum prorsus inutile evadisset.

SECTIO VII. De Contrariis Pactorum & Contractuum.

SUMMARIA.

337. Pactis & Contractibus est contrarius error: 338. Illius diversitas: 339. & seq. Illius est textum

factus. 344. Describitur mens. 345. & seq. Multipliciter dividitur. 353. & seq. 1113

Metus intrinsicus nil nocet. 359. & seqq. Nec metus iustus, ab extrinseco illatus. 360. & seq. Nec metus levis, etiam iustus. 362. Et si obliget ad satisfactiorem. 363. & seqq. Metus iniustus ab extrinseco nocet Pactis & Contractibus, licet à tertio incutiat. 367. & seqq. Licet etiam alio sine, quam ad extorquendum Contractum inferatur. 373. & seq. Ponitur aliqua limitatio. 375. & seqq. Actus huiusmodi valent, sed rescindi possunt. 379. & seqq. Proponuntur, & diluntur opposita. 387. & seqq. Traduntur exceptiones. 390. Explicatur actio quod metus causa. 391. & seqq. Illius predicata exponuntur. 398. Describitur exceptio quod metus causa. 399. Describitur dolus. 400. & seqq. Diversimode dividitur. 405. Dolus substantialis invalidat omnem Contractum. 406. Non autem accidentalis. 407. Etiam de fure positivo, si incidens sit. 408. Aut dederit causam Contractui fructu furis. 409. Aut ponatur à tertio in Contractu bona fidei. 410. Secus, si ponatur ab ipso contrahente. 411. & seqq. Adducuntur rationes. 414. & seq. Enumerantur responsiones contrariae. 416. & seqq. Afferuntur, & propugnantur objectiones. 422. & seqq. Ostenditur, qualis actio competat ex dolo. 427. Actio doli cum suis proprietatibus describitur. 428. Subjicitur actio in factum. 429. & seqq. Subnectitur exceptio doli. 431. & seq. Agitur de minorenni aetate. 433. & seq. Minori non subvenitur in delictis, nisi positivo solum fure praebeantur. 435. Alias subvenitur omnibus minorennibus, & 436. Eorum successores. 437. Ex inconsulta facilitate. 438. Lasis. 439. Per restitutionem in integrum. 440. Quae reponit omnia in priorem statum. 441. Quandoque tamen impeditur restitutio. 442. & seq. Minoribus equiparantur Respublica & Ecclesia. 444. Ecclesia aliquando post quadriennium restituitur. 445. & seqq. Secundum multos etiam in casu, quo lesionem post quadriennium primum intellexerunt. 448. & seqq. Secundum multos non attenditur ignorantia. 452. Describitur restitutio in integrum. 453. Est remedium extraordinarium. 454. & seq. Plerumque est personale. 456. & seq. Originaliter est Juris Praetorii. 458. & seqq. Liberi contra parentes non restituntur. 461. Ad restitutionem desideratur iustitia causa. 464. & seq. Indicatur illius effectus. 466. & plur. seqq. Per varias distinctiones resolvitur quaestio de restitutione fructuum. 474. & seq. Docetur, an & quando privilegiatus contra privilegium restituitur?

§. I.

De Errore.

337 AD Contraria Pactorum & Contractuum praecipue referuntur error, metus, dolus, & minorennis aetas: per haec enim adminicula Pactum aut Contractus quandoque redditur invalidus, quandoque rescissioni sit obnoxius. Error aut verfatür circa corpus, quod venit in Pactum & Contractum, velut si quis emat vitrum, ex opinione, quod sit gemma; aut verfatür circa materiam corporis, velut si quis scyphum aereum emat pro aereo; aut verfatür circa qualitates & accidentia, velut si vitrum novum pro veteri comparem. Error circa corpus vitiat quodcumque Pactum & quemcumque Contractum §. si de alia 23. Inst. de Instil. stipular. l. continens 137. §. 1. ff. de P. O. cum enim quaelibet conventio requirat consensum in objectum principale; consensui verò tantoperè nihil repugnet, quam error l. si per errorem 15. ff. de Furia. non potest habere valorem, quando concurrat error in corpore l. in omnibus 57. ff. de O. & A. 340 Error circa materiam regulariter omnes etiam Contractus & Pacta vitiat l. in venditionibus 9. §. 2. ff. de Contrah. empt. Nam paciscentes & contrahentes non tantum ad cor-

pus sed etiam ad materiam videntur alligare consensum, & is v. g. qui vult emere scyphum aureum, non consentit in emptionem scyphi aerei vel aenei: sicque deficit Consensus in objectum principale. Dixi regulariter. Excipitur enim I. Contractus stipulationis in l. si id 22. ff. de P. O. II. Contractus pignoris in l. pignus 1. §. 2. ff. de Pignorat. alt. quia & stipulatori & creditori pignoratitio melius est, aliquid, & pro auro v. g. aes habere, quam nihil. Cum, 344 econtra in emptione v. g. & ceteris Contractibus, qui onerosi sunt, melius sit, habere nihil, quam aes v. g. habere pro auro: deficit enim aequalitas inter mercem & pretium, inter datum & acceptum. Harpprecht ad cit. §. si de alia re Institut. de Instil. stipulation. num. 3. Error circa qualitatem & accidentia, cum relinquat consensum in materiam & corpus, tanquam objectum principale, non officit valori Contractus aut Pacti; licet intermedium actionem & remedium subministrat, quò suam indemnitate is, qui ducubatur errore, quaerere permittitur; veluti si dolus, de quo in §. 3. concurrat.

§. II.

De Metu.

344 METUS ex descriptione Citi in l. de Praetor 1. ff. Quod metus causa &c. est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Sive, ut definit D. Gletle de Pact. cap. ult. §. 1.

num. 1. est passio vel motus animi, imminens malum fugientis. Incutitur aliquando à causa libera, seu hoc mine; aliquando à causa necessaria, videlicet à mor-

à morbo, incendio, ruina, naufragio &c. Ille dicitur metus extrinsecus; iste vocatur intrinsecus. Ille, qui incutitur à causa libera, subinde gravis, subinde levis est. Gravis vel est absolutus talis, velut si malum timeatur, quod constantissimum quemque movere potest, cuiusmodi est mors, mutilatio, diuturna carceratio, bonorum amissio, stuprum, 347 adulterium &c. vel respectivo talis, quò malum timeatur, quod personam timidioris naturae, puta foeminam vel puerum movere potest, v. g. verberatio; indignatio, odium &c. 348 Levis est, quò timeatur malum, quò hominem cordatum movere non debet; vel quia ex se tam grave non est; vel quia, cum grave sit, non potest, aut solet ab eo, qui metum inferit, in effectum deduci; vel quia, qui metum patitur, occasionem habet, evitandi malum. Rota Rom. in rec. p. 10. dec. 154. per tot. nec non dec. 164. à n. 11. Sfortia Oddus de 349 in integr. restit. quest. 7. à n. 73.

Et huc etiam pertinet metus reverentialis, quem habent liberi respectu parentum, uxor respectu mariti, subditi respectu dominorum: nisi enim accedat alia circumstantia, puta indignatio, coimminatio, exprobratio, mala tractatio &c. solummodo levis censetur arg. cap. puella 8. XX. q. 1. l. fideiussor. 26. §. 1. ff. de Pignor. Rota in rec. p. 13. dec. 211. n. 5. & seqq. & p. 2. dir. dec. 341. per tot. Altogradus cons. 111. num. 68. & seqq. lib. 1. P. Engel ad tit. de his quò vi &c. n. 15. P. Pirhing ibid. num. 6. Clariss. P. Schmalzgrueber ib. n. 5.

350 Uterque metus, gravis nimirum & levis, alius est iustus; alius iniustus. Iustus est, quando, qui metum patitur, improbitate sua causam praebet, & simul, qui metum incutit, ius habet, inferendi metum. Iniustus est, quando, qui metum patitur, causam improbitate sua non dedit; aut qui metum incussit, ius non habet, inferendi malum. Nec interest, utrum ejusmodi malum iniuste timetur in persona propria, vel in persona liberorum l. si 8. §. 3. ff. Quod metus causa &c.

351 ubi Brünn. Laurerb. ibid. §. 17. Uterque inferitur vel ab altero contrahente, vel à tertio; & quidem vel ad extorquendum Pactum aut Contractum; vel aliò sine, sic tamen, ut; qui metum sustinet, eligat Pactum aut Contractum velut medium ad liberandum se à malo, per metum intentatò. Ad dignoscendum itaque, num & quando metus sit Contractui vel Pacto contrarius.

352 Dico I. Metus intrinsicus, seu à causa necessaria incussus, nulli Contractui vel Pacto contrarius est. Ita cum Covarruv. in 4. decretal. p. 2. cap. 3. §. 4. num. 26. & seqq. ceteri DD. Theologi & Juristae. Constat evidenter ex cap. sicut nobis 17. de Regular. & ibi Gonzalez num. 8. & seq. ubi votum Religionis unà cum Religiosa professione validum pronuntiat & firmum, tamen ex metu periculosa infirmitatis & securaturæ mortis conceptum 354 fuerit. Ratio est: quòd talis metus nec causet involuntarium; nec inferat injuriam:

cum, qui vovet in infirmitate, voveat liberè, nemine ad hoc impellente vel instigante. Ergo non officit actui, cui gerendo dat causam & occasionem.

Dico II. Metus iustus similiter nulli Contractui vel Pacto nocentum affert. Itarursus cum Abbate in cap. cum dilectus 6. de his, qua vi metusve causa &c. n. 11. & Covarruv. cit. §. 4. n. 20. reliqui DD. Probatur luculenter partim ex l. si mulier 21. in pr. ff. Quod metus causa, ubi, quod mulier patrono promissit ex metu, ne propter admittam ingrati tudinem revocetur in servitutum, ratum habetur: quia, ut dicit ibidem Paulus, haec sibi metum ipsa inferit: partim ex cap. ex literis 11. 356 de Desponsat. impub. ubi, dum mandat Pontifex, ut, qui renuit adimplere sponsalia, ad matrimonium contrahendum metu centurarum adigatur; supponit, matrimonium ex metu iusto validè contrahi. Ratio est: quia 357 similis metus nec tollit voluntarium, nec annexam habet injuriam: proindeque non apparet ratio; propter quam nocentum afferre possit alicui Pacto vel Contractui.

Nec obstat, quòd in l. nec timorem 7. §. 1. in 358 fin. ff. de r. ei succurrendum dicitur, qui deprehensus in adulterio quidquam tradidit, ne proderetur. Nam idèò succurrendum dicitur, quia proditio ferri potuisset hominibus privatis; de quibus erat suspicio; ne grave malum autoritate propria causaret, velut colligitur ex verb. final. Aliò sine, & ne 359 prodatur vel accusetur apud Judicem, si quid adulter promiserit; sine Juris auxilio tenetur stare promissis l. accusatoris 10. Cod. de r.

Dico III. Metus levis, etiam iniustus, non vitiat ullum Contractum aut Pactum. Itaananimis Interpretum, repetentiam ad capitulum dilectus 6. de his, qua vi metusve causa &c. & l. metum 5. l. metum autem 6. l. metum autem 9. in pr. ff. Quod metus causa &c. Ratio est: 361 quia, tametsi levis metus non careat injuria, attamen Juris nostri Conditoribus non videbatur sufficiens, ut vitiet Pactum vel Contractum, aut rescissioni faciat obnoxium: quia relinquit medium & tempus, declinandum malum; & ea propter non attendi, fed contentum debet. Vid. Gonzalez ad cap. relatum 1. de his, qua vi metusve causa &c. n. 14. Nihilominus 362 quia de Jure Naturali metum, quantumvis levem, inferens, obligatur ex delicto ad praestandam satisfactiorem; nec aliter satisfacere potest; ac si reficitur rem, injustè per metum acquiritam: erit ad instantiam alterius, qui ex metu aliquid dedit, obligatus restituere rem acceptam. Covarruv. in reg. peccatum p. 2. §. 3. num. 7. & alii apud eum Clariss. P. Schmalzgrueber in suo Jud. Eccles. cit. tit. n. 17.

Dico IV. Metus gravis & iniustus omni; 363 Pacto & Contractui nocet, etiam si ponatur à tertio. Clariss. P. Franciscus Schmalzgrueber cit. tit. num. 30. Gletle de Pact. cit. cap. ult. §. 1. n. 16. Deducitur assertio patenter ex l. item si 14. §. 3. ff. de r. ubi dicitur, in actio-

ne quod metus causa non requiri vel queri, *verum is, qui convenitur, an alius metum fecit &c.*  
 364 Probat etiam ex cap. *veniens 15. de Sponsalib.* ubi matrimonium, ad quod contrahendum soli parentes metum incusserant, nullum de-  
 365 claratur. Ratio est: quia, si metus inferatur tertio, intervenit injuria: sique videtur iniquum, ut alius, qui metum etiam non intulit, ex alterius delicto lucrum sentiat, & emolumentum ex metu partici-  
 366 Nec turbat, quod, si Pactum aut Contractus in eum ex dolo tertii, firmiter subsistat l. *& eleganter 7. §. 9. ff. de Dolo.* Disparitas etenim inter dolum & metum est: quia dolum non imminuit consensum circa substantiam rei, sicuti metus, sed tantum circa qualitatem & accidentia, pro hac supponitur.  
 367 Dico V. Metus gravis & injustus omni Contractui vel Pacto nocivus est, si inferatur ad extorquendum actum, sive alio fine. Ita Card. de Lugo de *f. & f. disp. 22. n. 175.* Magnif. P. Pettichacher de *Contract. in com. 9. 6. art. 6. §. 2. n. 218.* Clariff. P. Wiefner ad *tir. de his, qua vi metus causa &c. num. 35.* Clariff. P. Schmalzgrueber *cit. loc. num. 28.*  
 368 Ostenditur conclusio tum ex Jure Canonico in cap. *perlatum 1. d. e.* ubi votum & professio Religiosis, quam emisit mulier ex metu mortis, non ad extorquendum votum aut professionem, sed in vindictam putativi adulterii à marito intentate, supponitur non valere;  
 369 tum ex Jure Civili in l. *neq. timorem 7. §. 1. ff. d. t.* ubi Prætoris auxilium dignum judicatur, qui, deprehensus in flagitio, nemine cogente, dedit aliquid, vel se obligavit: quia *timor vel mortem vel vincula.*  
 Ratio est: quia, sive metus inferatur ad actum extorquendum, sive actus eligatur tanquam medium ad de- pellendum metum, metum passo inferitur injuria: & ideo subsidium Juris & Judicis meretur, ut absolvatur ab obligatione, quam in- vicus ob injustitiam alterius contraxit.  
 371 Dissentiunt cum Sperello Forti Ecclesi. decis. 6. num. 4. D. Gletle de *Pact. cit. cap. ult. §. 1. n. 17.* & P. Reiffenschuel ad *cit. tit. de his, qua vi metus &c. num. 28.* quorum principalis est ratio, quod metum passo non expediat, Pactum vel Contractum, quem ipsemet elegit, tanquam medium ab impendenti malo se eximendi, rescindere: quippe cum alius medium aliud, se liberandi, non haberet, dum metum inferens, si sciret, actum esse rescindibilem, à violentia non desisteret. Verum quia hæc ipsa ratio procedit in omni metu, quomodocumque illud: eo quod, qui metum intulit ad extorquendum Contractum, non desisteret à violentia, si tunc crederet, Contractum rescindi posse: hinc eadem non moveor, sed magis respondendum censo, satis esse, non dari medium, à metu præsentis se liberandi, quam per metum constringi ad obligationem, invitò animò & renitente voluntate perpetuò ac inviolabiliter observandam.  
 373 Limitanda tamen est assertio cum *cit. poste-*

rioribus Authoribus, quando quis ex metu, non ad extorquendum Contractum, sed aliò sine inculpò, contraxit cum aliquo tertio, qui nec metum intulit, nec quidquam ex metu participavit, nec obligatus fuit ex justitia, metum passo succurrere: talis enim Contractus, licet ad acquirendas pecunias pro aver- tendo malo, per metum intentato, celebratus sit, tenet irrefcindibiliter: quia respectu tertii cessat injuria, simulque cessat funda- mentum restitutionis. Hacque ex causa 374  
 Facultas nostra, Referente Clariff. D. Josepho Adamo Ayblinger, Instit. Imp. Professore, Anno 1767. die 29. Decembris. validam pronuntiauit conventionem, qua cuidam Monasterio venditum est bonum immobile à Civitate, ad acquirendas pecunias, quam tempore belli Gallorum violentia sub comminatione depradationis extorferat.  
 Dico VI. Actus, ex metu gravi & injusto 375 celebrati, regulariter quidem de Jure Natu- rali & positivo subsistunt, sed tamen rescindi possunt. Sic contra Sotum, Molinam, Bar- tolum, & nonnullos alios cum Abbate in cap. *Abb. 2. de his, qua vi metus causa &c. n. 7.* statuunt communiter moderni DD. Gonzalez ad cap. *perlatum eod. tit. n. 15.* P. Engel *ibid. num. 2.* P. König *ibid. num. 8.* P. Wiefner *num. 32.* P. Schmalzgrueber *n. 11.* P. Reiffenschuel *d. i. num. 30.* Reverendiss. DD. Guetherer *instit. Jur. Can. lib. 3. tit. 3. §. 1. num. 11.* Fa- 376  
 citur huc textus in *cit. cap. Abb. 2. & cap. ad audientiam 4. de his, qua vi metus causa &c.* item textus in l. *ait Prætor 1. l. metum autem 9. §. 3. & 4. ff. l. non interest 5. l. ult. Cod. d. t.* in quibus conceditur metum passo restitutio in integrum mediante actione quod metus causa. Ad eoque negotium præcedens, ex metu celebratum, non ipsò Jure in invalidum, sed tantum est rescindibile. Facit etiam tex- 377  
 tus in §. *verbi gratia 1. Inst. de Except.* ubi Imperator, *si metus coactus, inquit, stipulanti Titio promissit, quod non deberet as promittere, palam est, Jure Civili te obligatum esse: & actio, qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est, te condemnari.* Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa &c. Facit etiam textus op- 378  
 portunus in l. *si mulier 21. §. 5. ff. Quod metus causa &c.* ubi *Jcius, si metus coactus, ait, ad hæreditatem, puto me heredem effici: quia quævis, si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui: sed per Prætorem restituendus sum, ut abstinendi mihi potestas tribuatur.*  
 Quæ huic sententiæ videntur adverfari, 379  
 sunt sequentia I. textus in l. *si pater 1. Cod. de Rescind. vend. & l. quia in aliena 6. §. ult. in fin. ff. de A. vel O. H.* in quorum priorè venditio, in posteriore aditio hæreditatis nulla decernitur, si fiat ex metu. II. paritas, ex vide- 380  
 ducta: nam, quia vis, propter defectum consensùs, causat nullitatem actus, causat etiam metus, juxta l. *nihil 116. in pr. ff. de R. f. ibi: nihil consensui tam contrarium est, quam vis atque metus.* III. quod metum passo tribua- 181  
 tur actio realis l. *metum autem 9. §. 4. & 6. ff.* Quod

Quod metus causa &c. ex quo colligitur, actum, ex metu celebratum, esse irritum, nec, si ac- cedat traditio, domini translativum.  
 382 Sed responsio in promptu est. Nam quod ad primum venditio in *cit. l. si pater 1.* nulla decernitur quoad effectum: eo quod Præles Provincia jubetate auctoritatem suam interponere; quod nihil aliud est, quam venditionem de se validam quoad effectum rescinde- re.  
 383 Aditio hæreditatis autem in *cit. l. qui in aliena 6. §. ult.* etiam formaliter nulla statuitur: quia hæres adit hæreditatem non tantum coactus, sed etiam fallens, id est, simu- lans tantum exterius, se adire, cum tamen in animo sentiret contrarium, imò etiam, no- tante Gothofredo ad *cit. l. post lit. t. coram aliis contrariam protestationem faceret.* Zoëli ad *tit. ff. Quod metus causa &c. n. 6.*  
 384 Quoad secundum paritas, ex vi deducta, non stringit: nam vis, cum inferatur potentiis externis & actibus imperatis, tollit simpliciter voluntarium; metus autem, cum inferatur potentie voluntarie & actibus elicitis, non tollit simpliciter voluntarium, sed tantum minuit: eo quod voluntas eligat minus 385  
 malum præ majori. Quando autem in *cit. l. nihil 116. in pr. ff. de R. f.* nihil consensui tam contrarium dicitur, quam vis atque metus; id exaudiendum est de consensu libero & spontaneo, non autem de consensu volun- tario.  
 386 Quoad tertium Resp. actionem realem, quæ in *cit. l. metum autem 9. §. 4. & 6.* conceditur, esse utilem, atque ex dominio suo profluentem: nam, si metum passus restitutio- nem in integrum, & rescissionem Contractus, ex quo in alterum quidquam est translatum, petat, conceditur metum passo actio utilis in rem: est quod Prætor fingat, Contractum unà cum traditione nunquam fuisse celebra- tum, atque ad eam rem in bonis ejus perman- sisse. Brunn. ad *cit. l. n. 15. & seq.*  
 387 Dixi: actus, ex metu gravi celebratos, regulariter subsistere. Excipitur enim I. promissio dotis, quæ, si fiat ex metu, prioris est irrita l. *si mulier 21. §. 3. ff. Quod metus causa &c.* II. promissio qualibet ab eo, qui carcere detinetur, extorta l. *qui in carcerem 22. ff. eod. III. absolutio à censuris cap. un. d. t. in 6.* IV. actus quilibet, qui, postquam validè celebrati sunt, nullam amplius rescissionem admittunt: tales etenim ipsi Naturali Jure statim irritos esse, insigniter probat D. Gletle de *Pact. cap. ult. §. 1. n. 14.*  
 388 Ratio est: quia natura non deficit in necessariis; sique non per- mittit actus, qui rescissionem effugiunt, esse

validos, si metu incurrentur: nam metum pas- sus non haberet medium, quò sibi consilere posset, sed deberet in perpetuo statui violentiæ, citrà spem redemptionis, permanere.  
 Si putes: sufficere, quòd humana Potestas; 89  
 similem actum rescindere possit. Non rectè sentis: nam, si humana Potestas aut nollet indulgere rescissionem; aut, cum metus probatus non esset, non posset: profectò non suppeteret remedium, quòd metum passus ju- varetur.  
 Extra hos & alios casus, si actus ex metu; 90  
 gestus sit validus, metum passo tribuitur vel actio vetus ex *num. 376.* vel actio & exceptio quod metus causa. Actio quod metus causa competit, quando aliquid datum aut traditum est ex metu, ad repetitionem & restituti- onem illius, quod datum aut traditum est. Hacque actio est I. Prætoria, quia desumit 391  
 originem suam ex Jure Prætorio l. *ait Prætor 1. in pr. ff. Quod metus causa &c.* II. est; 392  
 personalis in rem scripta: quia descendit ex metu, tanquam delicto; simulque contra quem- cunque rei metu extortæ possessorem datur l. *metum autem 9. §. 8. l. item si 14. §. 3. ff. d. t.* III. est rei persecutoria l. *quod diximus 16. §. 2. ff. 393*  
*eod.* quia persequimur id, quod nobis ex patri- monio abest. IV. est arbitraria: quia; 394  
 priusquam Juxta sententiam ferat condem- natoriam, solet interponere suum arbitrium; cui, si reus non pareat, intra annum in qua- druplum, cui simpliciter inest, condemnat d. l. *item si 14. §. 3. in fin.* Struck in *usu mod. pand. ad cit. tit. §. 3.*  
 V. quoad persecutio; 395  
 nem rei, causa cognita, est perpetua; sed quoad quadruplum est *annalis d. l. item si 14. §. 1. l. videmus ergo 17. l. quod autem 19. d. t.* Nec; 396  
 ut certissima mihi sententia tenet, hic annus est mutatus in quadriennium in *l. ult. Cod. de Temporib. in integr. rest.* quia Imperator ibidem in §. 1. tantum meminit, quadriennium pro restitutione ex causa absentis in locum anni utilis fuisse substitutum. Lauterb. ad *tit. ff. Quod metus causa §. 26.*  
 VI. datur omni- 397  
 bus, qui damnum aliquod per metum sunt, passi, eorumque hæredibus; contra damni- ficantes, & eorum hæredes, in quantum ad ipsos pervenit l. *quod diximus 16. §. 2. ff. d. t.* Quin &, ut dictum in *num. 381.* contra omnes talium rerum possessores.  
 Exceptio quod metus causa conceditur; 398  
 metum passis & eorum hæredibus, adversus omnes, ex coacto negotio, vel metu con- stituta obligatione agentes l. *apud Celsum 4. §. 3. ff. de Doli mali & met. excepti.* Lauterbach *ibid. §. 14.*

§. III.

De Dolo.

399 DOLUS ex *num. 282.* est machinatio, sive studiosa & exquisita intentio, alterum lædendi; sive, ut verbis JCI in l. *hoc edito 1. §. 2. ff. de Dolo malo* utar, dolus est machinatio P. SCHMIEP JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

quædam, alterius decipiendi causa, cum aliud firmatur, & aliud agitur. Dividitur in dolum substantialem, & acci- 400  
 dentalem. Substantialis est; quando quis circa

circa substantiam rei decipitur, veluti si per  
alterius fallaciam vitrum pro gemma vendat.  
Accidentalis est, quando quis circa acci-  
dentia rei decipitur, sicut si pro vino veteri  
401 distrahatur novum. Dolus prioris generis à D. Gletle de *Pact. cap. ult. §. 2. n. 2.* vocatur, qui versatur circa prædicatum substantiale, cui scilicet contrahentes principalem intentionem ex communi usu aut dispositione  
402 Legis alligasse censentur. Dolus posterioris generis appellatur, qui versatur circa prædicatum accidentale, cui nempe contrahentes minus principalem intentionem ex communi usu aut dispositione Legis alligasse præsumuntur. Videatur Haunold. de *J. & F. tr. 8. à n. 69.* & Pertschacher de *Contract. in comm. cit. l. art. 5. §. 5. per tot.*  
403 Dolus accidentalis subdividitur in eum, qui causam dat Pacto vel Contractui; & qui incidit in Pactum aut Contractum. *Causam dare* iudicatur, quando, absente dolo, Pactum aut Contractus non fuisset celebratus; quemadmodum si dolose quis inducatur ad credendum, vinum, quod exponitur venale, esse verus, cum novum sit; ea tamen sit mente constitutus, quòd, si scivisset, non emisset.  
404 Incidere dicitur, quando non movet ad paci-  
ficandum aut contrahendum, eò quòd, cognito quoque dolo, Pactum aut Contractus fuisset initus; sicut si quis ex alterius persuasione crederet, vinum, quod emit, vetus esse, cum novum sit, empturus tamen, etiamsi deceptus non fuisset. Hac explicatio præmissa,  
405 Dico I. Dolus substantialis vitiat omne Pactum & Contractum. Ratio est meridiana: quia dolus substantialis est in effectu nihil aliud quam error substantialis. Sed error substantialis ex *num. 377.* vitiat omne Pactum & Contractum. Ergo &c.  
406 Dico II. Dolus accidentalis non annullat Pactum aut Contractum de Jure Naturæ. Ratio est: quia cum dolo accidentali stat consensus pacificum vel contrahentium principalis: adeoque cum dolo accidentali stat valor Pacti vel Contractus. Interim is, qui dolo fuit deceptus, alterum habet obligatum, ut præstet indemnitatem; & si Pactum aut Contractum servare non allubescat, in illius dissolutionem consentiat.  
407 Dico III. Dolus accidentalis & incidens nequidem Jure positivo Pactum aut Contractum nullitati reddit obnoxium. Textus est in *l. Julianus 13. §. 4. & 5. ff. de Ali. empti vend. ubi* decepto datur actio ex Contractu bonæ fidei, non ad Contractum rescindendum, sed consequendam indemnitatem.  
408 Dico IV. Dolus accidentalis, qui causam dat Contractui stricti Juris, valorem ipsius intactum etiam de Jure positivo relinquit. Constat ex *§. verbi gratia 1. Instit. de Except. & l. penult. Cod. de Inutil. stipulat.* ubi ex stipulatione dolosa tribuitur stipulatori actio, & promissori exceptio doli: sicque stipulatio, veluti

Contractus stricti Juris, antecedenter valere supponitur.  
Dico V. Dolus accidentalis, qui causam 409 dat Contractui bonæ fidei, non efficit Contractum de Jure positivo nullum, si committatur à tercio non contrahente. Textus in *l. & eleganter 7. in pr. ff. de Dolo malo l. si proxeneta 2. ff. de Proxenet. ubi* supponitur, negotium, cui contrahendo tertius aliquis per dolum causam præbuit, firmiter subsistere.  
Dico VI. Dolus accidentalis, dans causam 410 Contractui bonæ fidei, efficit Contractum de Jure positivo nullum in favorem decepti, si committatur ab altero contrahente. Hac conclusio tam certa non est, quam priores: quamquam enim communior sententia cum *Gail 2. obs. 2. n. 6. Vinnio seldæ. quæst. lib. 1. q. 12. Mevio part. 6. decif. 193. n. 13. Struv. exercit. 8. ih. 27. Zoëli ad tit. ff. de Dolo n. 3. Eckold ad d. tit. ff. §. 5. Stryck in usu mod. pand. ad cit. tit. §. 5. Gletle de Pact. d. cap. ult. §. 2. n. 9.* tales Contractus pro nullis agnoscat; pro validis tamen agnoscitur ab *Haunoldo de J. & F. tr. 8. n. 86. Card. de Lugo, Wadingo, Rolmer & alii Theologis, ab eodem Haunoldo citatis.* Probatur au- 411 tem conclusio de nullitate horum Contractuum, quantum agitur de favore decepti, solidissime I. ex *d. l. & eleganter 7. in pr. ff. de Dolo*, ubi [Cuius dolo casus proponit: unus est, quòd dolo committitur à tercio; alter, quòd ipsemet cont. ahens doli se participem facit: in priori Contractus indicatur esse validus; in posteriori pronuntiat in invalidus in verb. aut nullam esse venditionem, si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est. II. ex *l. in cau. 412 se 16. §. 1. ff. de Minorib.* ubi, si minor circumscriptus societatem coierit, vel etiam donationis causâ, dicitur, nullam esse societatem, nec inter majores quidem; & ideo cessare partes Prætoris: satis enim ipso Jure tutus est. Atqui non rectè societas dicitur nulla, quæ valet de Jure; nec bene dicitur, partes Prætoris cessare, quando societas per actionem doli rescindi debet; nec legitime inferitur, deceptum ipso Jure tutum esse, quando ad extraordinarium restitutionis medium recurrere tenetur. III. ex *l. 444 vero 3. Inlt. ff. Pro Socio*, ubi societas ipso Jure nullitas momenti declarat, si dolo malo, aut fraudandæ causâ coita sit, addita ratione: quia fides bona contraria est fraudi & dolo: id est, quia fides bona, quæ exuberat in Contractibus bonæ fidei, singulariter excludit fraudem & dolum per *l. si dolo 5. Cod. de Rescind. vendit.* Sed, si societas valeret ipso Jure, & tantum non valeret quoad effectum, malè diceretur, quòd ipso Jure nullus sit momenti. Ergo &c.  
Respondebis fortè I. in allatis textibus ser- 414 monem fieri de dolo, non accidentali, sed substantiali. Verum, cum dolo substantialis non adeo frequenter accidat, & aliunde comperitur sit, valentem Contractus cum dolo substantiali non posse componi: non video, quòd colore similis interpretatio excogitetur. Respon-

415 Respondebis fortè II. recitatos textus de dolo incidenti posse intelligi; sicque & nobis solvendos esse. Sed contra est: quia, quòd dolo in allegatis passibus dederit causam Contractui, satis exprimitur in *cit. l. & eleganter 7. in verb. ut venderet; circumscriptus est: & in cit. l. ea vero in verb. si dolo malo coita sit &c.* Certè cum Dolus incidens absque controversa non causet ullius Contractus nullitatem: memorati textus non de dolo alio, quam antecedente, causamque Contractui dante, possunt & debent exaudiri.  
416 Objicies I. textum in *cit. l. si dolo 5. Cod. de Rescind. vendit.* ubi venditio, dolo contracta, rescindi jubetur: debuit ergo antecedenter fuisse valida, dum, quòd nullum est, rescissione non eget.  
417 Resp. disting. antec. venditio jubetur rescindi quoad effectum, dolose positum, traditionem scilicet & translationem rei venditæ, concedo antec. jubetur rescindi quoad formam, nego antec. Si putes responsionem hanc minus quadrare, quòd ipsa venditio formaliter rescindi mandetur. Falleris. Nam, quòd Imperator supponat, venditionem formaliter esse nullam, colligitur partim ex ratione specialitatis in Contractibus bonæ fidei ibidem subjoinctâ, quòd contrarius sit dolus bonæ fidei, qua in hujusmodi maxime Contractibus excipitur: partim ex alia ratione, quòd venditionem dicat perfectam, in qua dolus exulat; adeoque non obscure significet, venditionem, ad quam inducit dolo, imperfectam & formaliter nullam esse.  
420 Objicies II. quando transfertur dominium, Contractus est validus: quia traditio sola, præcisò titulo, qui confurgit ex valore Contractus, nequit dominium transferre per *l. nunquam 31. ff. de A. R. D.* Atqui, si dolo dederit causam Contractui bonæ fidei, transfertur dominium arg. *cit. l. & eleganter 7. in pr. & l. dolo 10. Cod. de Rescind. vendit.* Ergo &c.  
421 Resp. negandò major. Nam, si Titio solvam ex errore, quòd non debui, transfero rei solutæ dominium, etiamsi solutio indebiti fuerit invalida, datâ capropter solventi conditione. *1. ff. & Cod. de Cond. indeb.* quæ competit non domino contra dominium: quia scilicet ad dominium transferendum non requiritur titulus verus, sed sufficit existimatus, utpote cum talis etiam sufficiat ad usucapionem pariendam *l. quod vulgò 11. ff. Pro Empt. l. usucapio §. 5. un. ff. Pro Soc.*  
422 Quando itaque Contractui bonæ fidei dolo præbuit causam, potest deceptus, in cujus favorem nullitas Contractus est constituta, vel insistere Contractui, si velit; non aliter ac pupillus, si sine tutoris autoritate se obligaverit *Lauterb. ad tit. ff. de Dolo §. 6. vel, si velit Contractum arguere nullitatis, potest, si jam aliquid dederit vel tradiderit, insistere querelam nullitatis, ut à Contractu discendatur, & quòd datum aut traditum est, restituatur cit. l. si dolo 5. Cod. de Rescind. vend.*

Stryck ad *cit. tit. de Dolo §. 6.* Sin autem 424 Contractus sit stricti Juris, debet deceptus, Contractum impletò, movere actionem de dolo, si specialiter de dolo non fuerit cautum in Contractu arg. *d. l. & eleganter 7. §. 3. ff. de Dolo Lauterb. cit. l. §. 7.*  
Si dolo sit incidens, in Contractu bonæ fidei 425 dei datur actio, ex ipso Contractu aliquoq descendens, ad consequendum, quòd interest *d. l. 7. §. 3. l. si quis 9. in pr. ff. cod. l. Julianus 13. §. 4. & 5. ff. de Ali. empti vend. At 426* in Contractu stricti Juris purgatur dolus actione doli *d. l. & eleganter 7. §. 3.* Neque enim natura Contractum stricti Juris admittit, ut actio ex Contractu ad doli purgationem extendi possit. Gletle de *Pact. d. cap. ult. §. 2. n. ult.* Stryck *d. l. §. 6. & 7.*  
Est autem actio doli I. prætorial. *l. hoc editò 1. 427 in pr. ff. de Dolo.* II. est personalis, cum proveniat ex delicto *l. item exigi 16. ff. d. l.* III. est arbitraria, quatenus Juxta in genere potest interponere suum arbitrium quoad æstimationem damni *§. præterea 3. Instit. de Action. IV. est rei persecutoria, quia datur ad id, quòd abest ex patrimonio l. si plures 17. in pr. l. arbitrio 18. in pr. & §. 1. ff. d. l.* V. est biennialis, ita ut intra biennium continuum, quòd etiam currit ignoranti, influenda simul & finienda sit *l. ult. Cod. d. l.* VI. competit deceptis & eorum hæredibus, adversus lædentes, & eorum hæredes, in quantum ex dolo participarunt *l. hæredibus 13. in pr. d. l. si plures 17. §. 1. ff. d. l.* VII. competit in subsidiium, quando deficit alia actio *l. hoc editò 1. §. 4. l. & eleganter 7. in pr. & §. 3. ff. d. l.* Conferatur super hoc D. Gletle *part. 1. pond. quæst. 36. per tot.* VIII. infamat *d. l. hoc editò 1. §. 4. l. Divus 7. §. 1. ff. de in integr. restit.*  
Concurrat etiam cum actione de dolo actio 428 in factum, quæ est perpetua, & non amovibilis; quæve nonnunquam ex necessitate moveri debet, veluti si liberi contra parentes, subditi contra Superiorem, aut vasalli contra Dominum ex dolo agere velint, ex necessitate moveri debet *l. non debet 12. §. 1. ff. de Dolo;* interdum ex libera voluntate moveretur contra personas alias, si mittiis & humaniis quis agere velit, per *l. itaque 28. & l. seg. ff. d. l.*  
Quòd si nihil ex dolo datum, sed tantum 429 modò promissum sit, datur deceptis & eorum hæredibus exceptio doli, contra decipientes & eorum hæredes, ad actionem, occasione doli institutam, perimendam *§. verbi gratia 1. Instit. de Exception. Et quia hæc ecce- 430* ptio non minus quam actio doli infamat; non datur adversus parentes aut patronos, sed illius locò succedit exceptio in factum *l. apud Celsum 4. §. 16. ff. de Doli mali & mar. exce. Lauterb. cod. tit. §. 9. ubi* cum Bruun. ad *d. l. 431 num. 17.* Idem procedere tradit, quando contra Parochum à parochianis, Rectorem à studiosis, Dominum à vasallo propter admissum dolum opponitur exceptio.

## §. IV.

## De Minorenni Aetate.

- 432 **M**inorennis aetas frequenter in causa est, ut Pactum vel Contractus, quando minorennis ex inconsulta facilitate laesus est, mediante restitutione in integrum effectu frustratur, ut patet ex tit. ff. de Minorib. & compluribus titulis Cod. lib. 2.
- 433 **Dixi I. Pactum vel Contractus.** In delictis enim nec minorenni nec majorenni subveniunt Jura l. si ex causa 9. §. 2. ff. de Minorib. l. in criminibus 1. l. ult. Cod. si adversus delict. nec aetatis excusatio adversus praecipua Legum indulgetur ei, qui, dum Leges invocat, contra eas committit
- 434 **auxilium 37. §. 1. ff. de Minorib.** Quod tamen limitatur in delictis, quae solò Civili Jure sunt prohibita, ac culpam duntaxat, non etiam dolum, aut praesumptum tantummodo, habent adiunctum, velut si minoris merces, ob vectigal non solutum, in commissum cadant d. l. si ex causa 9. §. pen. ff. d. l. in criminibus 1. Cod. si adversus delict. aut mater adhuc minorennis pro liberis tutorem non petierit d. l. ult. Cod. ead. permittitur enim minoribus, Jus positivum ignorare l. regula est 9. in pr. ff. de Jur. & facti ignor. Stortia Oddus de in integr. restit. q. 80. art. 2. 3. §. 6. item q. 83. art. 2. 3. & 2. seqq. Cletle p. 1. pand. q. 39. per tot.
- 435 **Dixi II. quando minorennis;** quò nomine denotantur omnes personae, quae annum aetatis vigesimum quintum non impleverunt, sive sint masculi, sive foeminae; sive puberes, sive impuberes; sive filifamilias, sive patresfamilias; sive tutorem aut curatorem habeant, sive non; sive decretum Magistratus adhibitum, sive praetermissum fuerit l. penult. ff. de Minor. l. si curatorem 3. Cod. de in integr. restit. s. 1. Cod. de Filiisfam. min. s. 1. Cod. si tut. vel cur. interv. l. si ea 2. Cod. de Fidejussor. minor. l. si quidem 11. Cod. de Praed. minor. Latè Galeus in tract. de Restit. in integr. cap. 2. à n. 21. cap. 4. à n. 1. & à n. 20. Comprehenduntur etiam haeredes & successores universales minorennium, tum ab intestato, tum ex testamento, per institutionem aut substitutionem vocati l. non solus 6. ff. de in integr. restit. l. minor autem 18. §. ult. ff. de Minor. Oddus de in integr. restit. quest. 50. art. 1. & 2. ubi etiam in art. 3. examinat quaestionem de successore singulari.
- 436 **Fidejussores minorum e contra,** & ceteri, qui causam quoque cum minore communem habent, non aliter restitutionis privilegium participant, quam si causa sit individua, nec possit restitui minor, nisi & socius aut correus restituatur l. postquam 1. & 1. s. Cod. de Fidejussor. minor. l. un. Cod. si in communi &c. Praenob. & Clariff. D. Collega de Wolleren in discursu Jurid. de Restit. in integr. cap. 4. à n. 24.
- 437 **Dixi III. ex inconsulta facilitate.** Casu fortuito si minor laesionem sustineat, ac, ubi rem utilem sibi v. g. comparavit, eandem furto, rapina, incendiò &c. amittat, Pactum aut Contractus antecedens in suo robore perma-

net l. verum 11. §. 4. & 5. ff. de Minor. l. ult. Cod. de in integr. restit. Oddus q. 4. art. 1. alioquin vix aliquis cum minore contraheret l. quòd si 24. §. 1. ff. ead.

**Dixi IV. laesus est.** Laesio verò contingere dicitur, quando minores aut, quod habuerunt, amiserunt, aut, quod acquirere emolumentum poterunt, omiserunt, aut se oneri, quod non suscipere licuit, obligaverunt, ut dicit Jctus in l. non omnia 44. ff. de Minorib. Interim nec laesio immodica requiritur l. hoc editum 1. in pr. ff. d. s. nec modica sufficit: utpote cum hic verificetur illud brocardicon, ex l. scio 4. ff. de in integr. rest. desumptum, quòd modica Praetor non curet. Galeus tract. de Restit. in integr. cap. 3. à n. 50. Clariff. D. P. Josephus Mezger in Panacea Jur. cap. 5. q. 1. n. 1. Quia tamen in Jure quantitas laesionis determinata non est, Judicis arbitrio relinquitur. Oddus q. 4. art. 12. num. 106. Zoëli ad tit. ff. de in integr. rest. num. 7. Lauterbach ad cit. tit. de Minor. §. 10.

**Dixi V. mediante restitutione in integrum.** Pe-439 titaque minor, ex Pacto vel Contractu damnificatus, restitutionem in integrum, non quidem per veram actionem, sed per implorationem officii Judicis nobilis l. quòd si 24. §. ult. ff. de Minorib. Eamque implorationem de Jure Romano movet apud Magistratus, Imperiò mixtò praeditus, ut dictum in Lib. I. tract. de Jurisdic. cap. ult. n. 66. & aliquando apud arbitros, velut discissum est in Lib. II. tract. de Judic. cap. ult. n. 89. vel in foro domicilii, vel in foro Contractus, sicuti in ead. tr. cap. 3. à n. 107. probatum fuit.

**Dixi VI. frustratur suò effectu:** quia per restitutionem omnia reponuntur in statum pristinum, ac perinde est, quasi de Pacto vel Contractu nunquam fuisset cogitatum: ut adeò, si minor v. g. ex venditione equi sit laesus, ille recuperet suum equum, & emptor recuperet pretium l. patri pro filio 27. §. 1. ff. de Minorib.

Impeditur tamen aliquando restitutio, vel 441 ex dolo minoris ex num. 433. & in specie si malitiosè se majorem dixerit l. si 2. l. si alterius 3. Cod. si minor se major. dix. vel ex ratificatione negotii, post majorenitatem secuta l. si inter 1. l. qui post 2. Cod. si major fact. rat. hab. vel si juramentum adjecerit Auth. Sacramenta puerum Cod. si adversus vendit. vel si aetatis veniam impetraverit l. eos qui 1. Cod. de Hlis, qui veniam aetatis &c. vel ex lapsu quadrienni, intra quod, ab anno vigesimo quinto completo numerandum, restitutio petenda & finienda est de Jure Novissimo per textum in l. ult. in pr. Cod. de Temporib. in integr. restit. vel si malitia suppleat aetatem, ut dicitur in cit. l. si alterius 3. Cod. si minor se major. dixer. id est, si minor in contractibus alios decipere consueverit, ut refert Galeus cit. l. cap. 5. n. 2. Item

item si minor fuerit intercriptus in matricula certae artis, & illius occasione se laesum dixerit per textum in l. in consilio 1. Cod. Qui & adversus quos &c. item si minor Doctoratum Juris acceperit, & propter imperitiam Juris se circumventum asseruerit arg. cit. l. Galeus d. cap. 5. n. 7. & seqq. & n. 17. & seqq.

442 **Minoribus in hoc passu aequiparantur in Jure Civili Republicae l. in consilio 1. Cod. quib. ex caus. major.** in Jure Canonico autem aequiparantur Ecclesiae cap. requisivit 1. cap. auditis 3. de in integr. rest. Cum enim aliorum consilio & arbitrio regantur & dirigantur: aequum omnino visum est, beneficium restitutionis

443 **ob laesionem illis concedere;** si laesionem patientur Ecclesiae in aliqua causa, sive à Praelato, sive à Syndico, sive à Procuratore, sive etiam à toto Capitulo, cum debitis solemnitatibus, tractata fuerit per textum in cit. cap. requisivit 1. cap. cum venissent 2. eod. Galeus in tr. de Restit. cap. 4. n. 7. & 23. & in comment. ad cap. 2. eod. tit. in 6. n. 63. & quidem intra quadriennium, à die laesionis numerandum, intra quod restitutio postulari, & terminari debet de Jure Communi per Clem. un. de in integr. restit. et si de praxi tribunalium sufficere, alicut Barbofa ad d. Clem. n. 4. si restitutio intra quadriennium sollicitetur. Quòd si tamen aut Praelatus, à quo petenda fuisset restitutio, totò illò quadriennio vixerit; aut Ecclesia damnum enorme fuerit passa; aut collusio vel dolus adversarii restitutionis petitionem impediverit, potest restitutio peti etiam post quadriennium. Textus in cap. si Sacerdotes 10. XVI. q. 3. cap. penult. de Reb. Eccles. non aliena. cap. Ecclesia 1. de Restit. in integr. in 6. Videatur Galeus ad d. cap. Ecclesia 1. in 6. à n. 116. DD. Guetrather num. 15. & seqq. nec non Clarissim. P. Schmalzgrueber ad eundem tit. X. n. 40.

445 **An autem Ecclesia post quadriennium restituitur in integrum ex eo tantum capite, quòd laesionem interim ignoraverit?** Contraversa est non ignobilis, in qua Clarissimi, & respectivè Magnifici DD. Anteaestiores, P. Engel ad tit. de in integr. restit. n. 11. P. Josephus Mezger in Panacea Jur. cap. 6. q. 3. n. 27. P. König ad cit. tit. n. 22. quibus novissimè subscripsit Reverendiss. Guetrather ad sext. Decret.

446 **Sic cap. Ecclesia 1. d. 1. à n. 7. affirmativam valde probabiliter deducunt ex cit. cap. Ecclesia 1. & cap. si adversus 2. eod. in 6. ubi decisum extat, Ecclesiam post quadriennium non restitui, si restitutionem petere neglexerit: adeoque, si quadriennium elabi permiserit, non ex**

negligentia, sed ex ignorantia, post quadriennium adhuc restituitur. Accedit, quòd 447 minorenes, quorum praerogativis gaudet Ecclesia, post quadriennium à die majorenitatis restituantur, si propter ignorantiam laesionis restitutionem celerius non petierit per textum in l. in his 1. Cod. de Temporib. in integr. restit. ubi restitutionis petendae tempus currere supponitur à die cessantis impedimenti: qui autem versatur in ignorantia, legitimo detinetur impedimento l. annus autem 6. ff. de Calumniatorib. Haecque sententia ab Oddo de rest. in integr. q. 20. num. 37. in judicando & consulendo suadetur.

Contrarium verò opinionem amplexi sunt 448 Zoëlius ad tit. ff. de Minorib. n. 62. Perez. in Cod. ad cit. tit. de Temp. in integr. rest. n. 6. Rath. de Usucap. cap. 5. num. 45. apud & cum P. Wiestner ad tit. de integr. rest. n. 71. Ratio ipsorum est: partim quia in cit. Clem. un. de in integr. restit. dicitur, restitutionem fieri debere intra quadriennium continuum à tempore laesionis: idemque non obscure innuitur in cit. cap. Ecclesia 1. & cap. si adversus 2. ut propter argumentum, quod ibidem formatum à sensu contrario, non sit efficax, aut saltem per negligentiam intelligatur etiam ignorantia, quae praesumpta negligentia dicitur: partim quia in 449

cit. l. ult. in pr. Cod. de Temp. in integr. rest. perspicue declaratur, in petenda restitutione minorum tempus computari à die soluti impedimenti; quale hic non confectur esse ignorantia, utpote quae alias in praescriptione contra lapsum temporis non attenditur juxta l. ult. Cod. de Praescript. longi tempor. Ut proinde cit. l. annus autem 6. ff. d. Calumnias. intelligi debeat de sola actione, quae contra calumniatores ibidem proponitur. Atque haec posterior 450 opinio magis appropinquare videtur aliis nostris resolutionibus in lib. 1. tract. de Praescript. cap. ult. ubi per totam sect. 2. nec majoribus, nec minoribus, nec Ecclesis restitutionem contra praescriptionem concessimus ex capite ignorantiae: ex quo concludere licet, nequi 451 dem contra praescriptionem quadrienni, pro petenda restitutione definiti, vel aliam restitutionem, vel ulteriorem extensionem ob ignorantiam laesionis, concedendam esse: nec enim restitutio majorem favorem meretur, quam praescriptio; & sicut actiones aliae non curantur primum à die scientiae; ita nec restitutio: ceteroquin non raro restitutio ultra tempus, praescriptioni complenda praestitutum, prorogari deberet.

## §. V.

## De Restitutione in integrum.

452 **Cum ex praecedentibus liqueat, ex causa metus, doli, vel minorennis aetatis, dari restitutionem in integrum;** de hac generaliter hic agimus, eamque, si formaliter accipitur, dicimus esse nihil aliud, quam repositionem in statum priorem; sin autem casualiter spectetur, describi potest, quòd sit reme-

dium Juris, quòd laesus, concurrente iusta causa, in priorem statum reponitur.

**Dixi I. remedium;** & quidem extraordinarium: quia tunc demum concedi solet restitutio, quando deficit aliud remedium l. in causa 16. in pr. ff. de Minorib. Oddus de Restit. q. 17. art. 2. per tot. Licet, si remedium extraordinarium

rium sit pinguius ordinariò, restitutio negari non solet per textum & exempla in l. etiam in his 3. & l. ult. Cod. Si tutor vel curator &c. P. Mezger in Pauca cap. 5. §. 1. num. 1. Oddus d. l. n. 33.

454 Quòdli rescire cupias: sine restitutio remedium reale, vel personale? Resp. quòd plerumque sit remedium personale, spectatà causà, ex qua restitutio petitur. Vel enim petitur per implorationem officii Judicis; vel per viam actionis? Si primum, haud dubiè est personale. Si secundum; tunc idem est personale per dicta superius in num. 381. & n. 416. nisi restitutio petatur ex capite absentiae per actionem rescissoriam, quæ nonnunquam, si agatur ex dominio ficto, realis est, ut tradidit in tract. preced. de Jure Propriet. cap. 3. n. 174.

456 Dixi II. Juris. Et quidem originaliter omnis restitutio Juris est Prætorii l. militis 1. ff. de la integ. restit. quia Jus Civile non consuevit actus, à se probatos, improbare & corrigere. Successu temporis verò restitutio per ipsas Principum constitutiones dilatata, & ad casus alios extensa fuit, ut constat ex l. ad mandandi 31. ff. de Jurejur. l. Divus Hadrianus 33. ff. de Rejudic. l. qui gentis 1. ff. de Except. Prænob. & Clariss. D. de Wolleren in discursu Jurid. de Restit. in integr. cap. 1. num. 91.

458 Dixi III. quòd legis. Ubi questio non vulgaris incidit, an, si liberi laedantur à parentibus, adversus ipsos restitucionem in integrum postulare valeant? Et, omisà diversorum placitorum enumeratione, simpliciter teneo, quòd non, propter novissimam & clarissimam decisionem Justiniani Imperatoris in l. ult. Cod. Qui & adversus quos, ubi ab initio refert dubia & varias sententias Veterum Jurisconsultorum, & postea, ut maneat in omnibus honor parentibus, sanctis, nullo modo adversus parentes utriusque sexus dari restitucionem: nam personarum reversionis opinio excludit restitucionem: cum procul dubio sit, etiam ipsas personas revertere, ne quid sua opinioni contrarium existat. Ita D. de Baldis in quin quingenta Decis. Justin. decis. 3. à n. 9. D. Gletle 1. 460 part. Pand. q. Ac. n. 5. & seqq. Unde, si qui textus in contrarium adducantur, qualis est textus in l. non debet 11. §. 1. ff. l. si superstitus 5. Cod. de Dolo malo, respondetur, illos per cit. l. ult. velut constitutionem noviore & correctioriam, abrogatos fuisse. Alii textus, veluti textus in l. ult. Cod. si adversus donat. l. ult. §. 1. Cod. de Bon. qua lib. cum loquantur de casu, quòd vel liberi ex factio parentum directè non sunt lesi, vel contra parentes directè non agunt, licet ab aliquibus recantati dicantur, non officiant. Hinc etiam textus in Nov. 155. cap. 1. in quo Justinianus filia contra matrem, non obstante juratà secundarum nuptiarum renuntiatione, ad secundas nuptias convolantem, restitucionem concedit, non obliuatur: quia restitutio illa non datur contra matrem quà talem, sed quà triticem, ut implemet Justinianus insinuat.

463 Dixi IV. concurrente justà causà. Quenam fiat causà justà concedendi restitucionem ex

Pacto vel Contractu, patefecit ex §. 2. 3. & 4. His possunt accedere causæ aliæ per textum in l. hujus edicti 1. §. 1. in fin. l. sed et si 26. §. 9. ff. Ex quib. caus. major. ubi Prætor generaliter pollicetur, quòd restituere velit, si qua alia justà causà videbitur. In specie autem est causà absentiae, de qua nonnulla videntur in pract. tract. de Jure propriat. cap. 3. n. 176. & seqq. Causa simplicitatis, rusticitatis, & ignorantie, quæ, si facti sit alieni, proficit ad restitutionem; non item, si facti sit proprii, aut Juris; saltem ubi Juris ignorantia non toleratur, & agitur de lucro, aut copia Jurisconsultorum suppetit per textum in l. Juris 4. & 3. seqq. l. regula 9. in pr. §. 2. 3. & 4. ff. de Juris & facti ignor. Fusè Oddus de Rest. q. 8. art. 7. 8. 9. 10. 11. 13. Galefius de Rest. c. 8. à n. 184.

Dixi V. in priorem statum reponitur. Atque hic effectus est restitutionis impetratæ, quòd omnia reponantur in statum antiquum, in quo fuerunt ante læsionem, non tantum ex parte petentis restitutionem, sed etiam ex parte illius, contra quem petitur l. quòd si 24. §. 4. ff. de Minorib. Effectus autem restitutionis postalatæ est, quòd instar appellationis impediatur executionem, ac effectum suspensum operetur per l. un. Cod. de in integr. rest. postal. ubi Perez n. 1. l. si causa 32. Cod. de Transact. l. praesit 42. ff. de Minor. Gail. 1. obs. 137. num. 2. Lauterb. ad tit. ff. de in integr. rest. nisi presumptio malitiosæ petitionis concurrat cap. suscitata 6. de In integr. restit. Stryck in usu mod. ad eund. tit. §. 11.

De fructibus, an unà cum re principalis restituendi? Non una omnium est sententia; si de fructibus, ante iudicium de restitutione motum perceptis (nam eos, qui durante lite sunt percepti, restituendos esse, constat aliunde) loquamur. Mihi sic distinguere lubet. Vel restitutio petitur à majore, vel minore. Si prius; non aliter discurrendum est, ac in tract. de Jure propriat. cap. 6. à n. 94. discurremus de restitutione fructuum, cum distinctione inter malæ & bonæ fidei possessorem; nec non fructus extantes & consumptos &c. Nam, qui metum v. g. intulit, aut rem ex metu traditam malà fide acquisivit, tenetur rem cum omnibus omnino fructibus restituere l. sed & partus 12. in pr. l. item §. 14. §. 7. ff. Quod metus causà &c. Qui autem nec intulit metum, nec rem extortam metu accepit malà fide; non tenetur fructus alios, quàm formaliter extantes, restituere per l. coram 22. Cod. de R. V. Si restitutio petatur à minore (idem est de Ecclesia) ex capite etatis; refert, an læsio contigerit ex negotio gratuito, forte quòd minor rem alteri donaverit; an pervencit ex negotio oneroso, fortè quòd minor rem vendiderit. Priore casu res unà cum omnibus fructibus perceptis, deductis tamen expensis, est restituenda: quia læsio non tantum accidit in re principali, sed etiam in fructibus, dum, si minor vel Ecclesia non donasset, rem unà cum fructibus servasset. Posteriore casu denuò videndum, an læsio

evenerit ob inæqualitatem inter datum & acceptum, v. g. quòd fundus, constans 1800. florensis, 1000. tantum sit venditus; an, stante Contractus æqualitate, læsio sit facta, solum quoad substantiam aclus & ipsam alienationem, puta quòd minor vendiderit domum avitam aut gentilitiam, ad quam specialem affectum gerit, uti refertur in l. si in emptio 471. nem 35. ff. de Minorib. Si prius; fructus in ea quantitate, quæ inæqualitati Contractus, ac in proposito casu 800. florensis, in quibus consistit læsio, correspondet, restitui debent; quòd modò exponendus textus in l. patri 27. §. 1. ff. d. i. sic enim in tantum restituitur minor, in quantum est læsus. Si posterior; res sine fructibus restituatur: quia læsio, dum tantum in alienatione secundum se, non autem in qualitate vel æqualitate pretij est facta, non tribuit jus ad fructus repetendos: quòd deservire potest textus in cap. ad nostram 11. de Reb. Eccles. non alienand. quem diversimodè quidem interpretantur Canonistæ, ut tradit ibid. Gonzalez in num. 4. sed non incongruè possumus accipere de casu, quòd Ecclesia solum est læsa quoad substantiam, non autem quoad inæqualitatem dari & accepti: utpotè cum fundus ibidem sit datus in feudum pro summa pecuniaria, quæ quidem secundum se fructibus annuis non erat æqualis, sed tamen ob annexam obligationem ad servitia & fidelitatem non erat inæqualis; & idè restitutio rei sine fructibus mandata sit. Itaque quoad rem ipsam sentire videntur Less. lib. 2. de F. & J. cap. 17. n. 70. & seq. P. Pir-

hing ad tit. de in integr. Restit. num. 72. & seqq. Clariss. D. Collega de Wolleren in disc. Jurid. de Restit. in integr. cap. 6. §. 3. à num. 3. Clariss. P. Wuestner ad cit. tit. num. 50. & seq. Clariss. P. Schmalzgrueber ibid. num. 51. & seq. Aliter hunc articulum explanat Oddus quest. 45. artic. 2. per tot.

Si quæras: an privilegiatus contra privilegiatum, minor contra minorem, Ecclesia contra Ecclesiam restituatur? Resp. quòd, si privilegium utrumque sit ejusdem generis & causæ, ac uterque certet de damno vitando, non datur restitutio; sed, ut loqui solent, utrumque privilegium in re se consequatur: sic enim si minor dederit minori pecunias muras, & minor debitor illas perciderit, non datur minori creditori restitutio l. verum 11. §. penult. ff. de Minor. Sin autem privilegia sint vel diversi generis, puta quòd minor dederit filiofamilias majori pecunias mutuas; aut diversa causæ, quòd nempe pecunia; minori à minore murò datur, etiamnum extant, vel debitor factus sit, locupletior, non denegatur restitutio cap. audis 3. de in integr. Restit. d. l. verum 11. §. ult. l. si minor 34. in pr. ff. d. i. Panormit. ad d. cap. audis n. 8. P. Engel ad cit. tit. n. 6. P. Mezger in cit. Pauca cap. 3. q. 2. à n. 14. D. de Wolleren de Rest. in integr. cap. ult. n. 25. & seqq. Oddus de Restit. q. 18. art. 4. & seqq. Galefius de Restit. cap. 2. n. 338. Alias questiones: huc spectantes, in aliis locis vel jam excussi, vel, datà occasione, deinceps excutere sum paratus.

## CAPUT II.

### De Contractibus Consensualibus.

Posteaquam Contractus & Pacta genericè dispeximus, ad considerandas species transimus; & quibus in primo ordine collocandi videntur Contractus Consensuales, videlicet Emptio-Venditio, Locatio-Conductio, Emphyteusis, Feudum, Societas, Mandatum. Incipiendò ab Emptione-Venditione, sit

## SECTIO I.

### De Emptione-Venditione.

#### SUMMARIA.

1. & seqq. Etymologia Emptionis-Venditionis.
6. Definitio.
7. & seq. Est Contractus Juris Gentium.
9. & seqq. Consensualis.
12. Nominatus, bilateralis, bonæ fidei.
13. De re pro certo pretio tradenda.
14. Dividitur in publicam & privatam.
15. & seq. Scriptam, & non-scriptam.
17. & seq. Generis & speciei.
19. & seqq. Ad corpus & quantitatem.
23. & seqq. Agitur de Clericis venditoribus & emptoribus.
26. & seqq. Agitur de aliis, qui vendere vel emere prohibentur.
28. Nemo cogitur in votis emere vel vendere.
29. & seqq. Traduntur exceptiones.
34. & seqq. Docetur, quomodo persona Ecclesiastica à Magistru Seculari ad Emptionem-Venditionem compelli possint.
37. & seqq. Discutitur questio: an Principes Saculares prohibere possint, ne immobilia veniant ad Ecclesias?
41. & seqq. Assignatur obiectum partialis Emptionis-Venditionis.
43. & seqq. Tractatur de Venditione rei aliena.
49. & seqq. Tractatur de Venditione rei aliena.